

118 Quibus visis, præsuppositis, & examinatis, nunc principaliter quæro, an successor majoratus, in quem virtute hujus legis est translata possessio, habeat remedium vel interdictum possessorium contra tertium detentatorem rerum majoratus? Et primò quæro, an tali successori majoratus competat interdictum vel remedium adipiscendæ possessionis, scilicet *Quorum bonorum* quod datur hæredi vel successori universali pro adipiscenda possessione, ut in *leg. 1. ff. Quorum bonorum, in leg. 1. & per totum, Cod. eod. in §. Sequens divisio, vers. Adipiscendæ Instit. de interdictis*, de quo interdicto & ejus natura & effectu dictum est: Et videtur quòd non; quia istud remedium datur hæredi non possidenti pro adipiscenda possessione; unde si possidet, nullo modo datur istud remedium: Imò quod magis est, si hæres semel adeptus est possessionem, licet postea cadat ab ea, & sit penes alium, non competit sibi istud interdictum, ut probant prædicta jura: sed iste successor majoratus in ipso instanti quo moritur defunctus possidet civiliter & naturaliter ipso jure, mediante ista lege: ergo non possit intentare istud remedium & interdictum adipiscendæ contra illum tertium detentatorem. Sed in contrarium est veritas, imò quòd talis successor majoratus possit intentare interdictum & remedium possessorium adipiscendæ contra illum tertium simplicem detentatorem pro adipiscenda possessione rerum majoratus: & in terminis ita tenet & determinat Cin. in *leg. Ea leg. Cod. de Cond. ob causam, 1. column. in med. & ibi Bald. 4. column. num. 10. & notat ibi Salyc. 5. column. num. 12. istam etiam conclusionem tenet Bald. in Rubr. de caus. posses. & propr. 2. column. in medio, num. 11. idem Bald. in Rubr. extr. de Consuet. 2. column. num. 14. istam eandem conclusionem tenet Paul. de Castr. in *leg. Si sorori**

*fin. quæst. num. 4. Cod. de Jure deliber. & ibi Alexand. & ibi notat Jas. 2. column. tenet etiam Alexand. in leg. Cum hæredes. ff. de Acquir. poss. 1. column. num. 3. Joan. Faber. in §. Sui Instit. de hæ. quæ abint. disse. 2. column. post princ. idem Alexand. in Cons. suis, 2. volum. cons. 82. 2. column. 5. & 6. idem Alexand. in eodem 2. volum. cons. 83. 5. column. num. 9. & 10. (k) Et adde quòd eodem modo competit successor majoratus remedium *leg. fin. Cod. de Edict. div. Adrian. tollen.* putà si sit institutus universaliter, & in hæreditate sunt bona majoratus; nam poterit petere se mitti in possessionem bonorum virtute *dict. leg. fin.* ita in specie determinat Bald. reputans esse notabile in *cap. 1. de Success. feud. 2. col. n. 5. (l)* Et ratio vera & mentalis in qua se fundant prædicti DD. est: quia licet mediante lege vel statuto, ipso jure transeat possessio in hæredem vel successorem; tamen ex eo quòd penes alium est ipsa naturalis detentatio, non videtur esse plena vel omninò perfectà possessio penes talem hæredem vel successorem quousque verè & naturaliter apprehendat, & propter hoc datur ei prædictum remedium possessorium adipiscendæ.*

Pro qua communi sententia & ratione primò facit text. & communis opinio in *leg. 1. Cod. Commun. de Legat.* ubi, licet in legatarium transeat ipso jure dominium per legem; tamen sibi competit actio personalis & rei vindicatio, ex eo quòd est dominus de jure speciali, & non per verum actum traditionis, licet aliàs actio personalis non detur domino, qui per aliquem actum verum est factus dominus, ut in *§. Sic itaque Instit. de actionib. & in leg. fin. ff. de Condit. ob causam, cum similib. & in effectu ita tenet & declarat notabiliter Din. in *dict. leg. 1. column. 2. post princip. & ibi Bartol. 2. column. Paul. 2. column. Salyc. in fin. Corneus penult.**

(k) Idem tenet Paul. Paris. *consil. 41. lib. 1. num. 8. Cassaneus in consuetudinibus Burgund. Rubr. 7. §. 1. Boërius in consuetudinibus Bituricensibus tit. de Testamentis, §. 6. gloss. 1. Covarrub. lib. 3. Variar. cap. 6. num. 6. versic. Est tamen circa. Molin. lib. 3. cap. 13. num. 3. hodièque sententiam probat *lex 9. titul. 7. lib. 5. ubi Matienz. glos. 1. num. 1. id advertit & in leg. 8. titul. 7. gloss. 2. num. 4. ubi latè possessoria majoratus successorii competere probat Suar. in titul. de las Herencias num. 18. part. 448. Tiraquel. in tractat. de Morte 6. part. declarat. 2. n. 1. cum sequent. Azeved. in leg. 8. titul. 7. lib. 5. num. 19.**

(l) Idem remedium ei competere probat Tiraquel. plures referens in *tract. de Mort. 6. part. declarat. 2. num. 2. & 6. part. 244. Cassan. in Consuet. Burg. rubr. 7. le mort saisis §. 1. num. 1. fol. 224. column. 2. licet de hac sententia dubitet Mier. in tract. Majorat. 3. part. in initio n. 11. eandem sententiam confirmat Gregor. in *leg. 2. titul. 14. in gl. Luego part. 6. verb. Propriedad. Azeved. in leg. 8. titul. 7. lib. 5. num. 20. competit etiam vocato ad majoratum. Carbon. edictum, secundum Glossam in *dict. leg. verb. Propriedad. & Menes. in leg. Eam quam, num. 122. Cod. de Fideicom. Suar. in tit. de las Herencias, num. 18. num. 448. Molin. lib. 3. cap. 13. num. 25. & 26. cum seq. Azeved. ubi suprà num. 21.***

*column. num. 8. & ante eos fuit declaratio Albert. de Salvis, quem ibi refert Cin. tenet etiam notabiliter Alexand. in leg. 2. ff. de Legat. 1. fin. col. versic. Tertio modo. Secundò facit text. notabilis in leg. 1. Cod. de Donat. quæ sub modo, ubi habetur, quòd si donatarius non adimplet conditionem alimentorum, ipso jure donatio revocatur, & dominium rei donatæ transfertur in donatorem, & ei competit rei vindicatio, & similiter actio personalis, scilicet conditio ob causam pro restitutione: & sic ex eo quòd ibi competit dominium de jure speciali beneficio illius legis, non est inconveniens quòd etiam concurrat actio merè personalis pro perfecta restitutione faciendâ: & ad hoc notat Cin. & communiter DD. ibi: & in specie ita illum textum inducit & applicat ibi Salyc. in *fin. n. 10. Tertio facit text. in leg. fin. Cod. de Sacros. Eccles. in fin. versic. In his autem omnibus, ubi habetur, quòd ex titulo venditionis, donationis, vel simili ipso jure transit dominium in Ecclesiam vel pium locum, & pro tali re competit Ecclesie rei vindicatio, & similiter actio personalis: & dicit ibi Bartol. 3. column. num. 16. quòd ratio vera est, quia ibi competit dominium de jure speciali, & ideo non excludit beneficium juris communis: unde illa remedia possunt concurrere: & cum Bartol. transeunt ibi ceteri DD. Quartò facit text. in *leg. Qui mortis causa. ff. de Don. causa mor. ubi dicitur, quòd si fiat alicui donatio causa mortis alicujus rei, & sit in eum translatum dominium, & postea revocetur illa donatio rei transfertur ipso jure dominium in donatorem, & competit sibi rei vindicatio & actio personalis, ex eo quòd dominium fuit translatum de jure speciali, secundum Paul. & DD. ibi, quem lege cum superiori. Quintò facit bonus text. in *leg. In rebus, Cod. de Jure dot. ubi habetur, quòd soluto matrimonio, dominium rerum dotalium transfertur ipso jure in mulierem sine aliqua traditione, ex eo quòd naturaliter res erant suæ; & in illo casu competit mulieri rei vindicatio & hypothecaria actio, quæ licet non possit competere domino, ut in *leg. Nec pignus. ff. de Reg. jur. in leg. Si rem alienam, la 2. de Pignor. actio. tamen competit, quando de jure speciali sine traditione fuit per legem factus dominus. Sextò pro ista parte facit text. notabilis in *leg. In libello. §. Si quis servum. ff. de Captivis & postlimin. revers. ubi si quis sua pecunia redemerit servum alienum captum, statim efficitur ejus dominus; & tali casu competit etiam redimenti hypotheca in prædicto servo, ut in *leg. Senatus. §. fin. ff. de Legat. 1. & in leg. Qui testament. post princip. ff. de Testam. & in leg. 2. Cod. de Postliminio*******

*revers. & ista remedia vel jura contraria compatiuntur, quia redimens non est perfectè dominus, sed tantum de jure speciali per legem: & ad hoc ista jura sic notat & considerat Bartol. in *dict. leg. In libello. §. Si quis servum in fin. Septimò facit text. in leg. Commissoria. Cod. de Padis inter empr. & vend. juncta communi opinione, ubi probatur, quòd si in contractu emptionis & venditionis apponatur pactum legis commissoriae, ut si emptor statuto tempore non solvat pretium, res sit inempta; venditor consequitur dominium ipso jure, pretio non soluto, & competit sibi vindicatio & similiter actio personalis ex contractu: & ita in specie declarat Paul. in *leg. 1. eod. tit. 1. col. in fin.***

Præterea & finaliter pro hac sententia & conclusione, quòd successor majoratus, in quem virtute hujus legis est translata possessio, possit petere à judice se mitti in veram & naturalem possessionem rerum, & ad hoc intentare remedium adipiscendæ possessionis, putà *Quorum bonorum, vel remedium leg. fin. Cod. de Edict. divi Adrian. toll.* modò res sint penes aliquem tertium detentatorem, modò sint vacantia & ab aliquo non occupata: allego & considero text. singularem in jure juncta Glos. secundum primam lectionem in *leg. 1. Cod. de Carboniano edict. ubi probatur, quòd sicut bonorum possessio ex Carboniano competit filio minori contra tertium possessorem vel detentatorem pro adipiscenda possessione: ita competit filio minori, qui actualiter est in possessione, ut confirmetur & defendatur in ea auctoritate judicis; & ad hoc illum text. summè notat & commendat ibi Bartol. 1. column. 1. & illum text. ad hoc reputat singularem Ang. de Perus. in *princ. & notant & commendant communiter DD. ibi. Ex quo inferunt singularis declaratio & extensio ad text. cum materia in leg. fin. Cod. de Edict. divi Adrian. tollen. ubi habetur, quòd hæres scriptus in testamento potest petere à judice se mitti in possessionem bonorum defuncti, ut etiam possit hoc petere, licet talis hæres sit in possessione & detentatione rerum propria autoritate, quam apprehendere potuit, ut suo loco dixi: nam poterit intentare remedium illius *leg. fin. & petere se confirmari & defendi auctoritate judicis in sua possessione, quam habet: ita expressè & notabiliter determinat Cin. in *dict. leg. 1. Cod. de Carbon. edict. 1. column. in fin. n. 6. Alb. 2. col. in med. Jacob. Butr. in princ. Bartol. 1. column. num. 1. Bald. 1. column. in princip. Paul. 1. column. num. 2. Alexand. in princ. num. 2. Corneus. 2. col. in princip. Jas. 2. column. in fin. quidquid teneat Rom. eandem communem per illum text. tenet Bartol. in *leg. 3. §. Missum. ff. de Carbon. edict. idem*****

idem Bartol. in leg. 1. §. fin. ff. *Quorum legatorum.* idem Bartol. in leg. de Pupillo. §. *Qui opus.* 1. column. ff. de *Novi oper. nunt.* & ibi Paul. & latius Alexand. 1. column. num. 3. Bald. in leg. fin. Cod. *Unde legitimi* 4. column. in fin. idem Bartol. in leg. fin. Cod. de *Edict. divi Adriani*, toll. 4. column. n. 9. Jacob. But. ibi. 3. col. post princ. Alb. ibi, 9. column. in med. Bald. ibi, 6. column. 7. oppos. ibi Salyc. penult. column. in fin. Alexand. fin. column. in fin. Corn. 3. col. post princ. Jas. 7. column. n. 18. & in expresso per istam rationem in casu nostro tenet Bald. in leg. *Ea lege*, Cod. de *Condit. ob causam*. Confirmatur etiam per text. singularem & unicum in leg. *Si quos*, Cod. de *Decurionibus lib. 10.* ubi probatur, quod partes possunt petere à iudice confirmari contractum per eas celebratum, licet de se fuerit validus: & ad hoc illum text. dicit unicum Bartol. ibi, num. 1. & Plat. 2. column. in princip. Jas. in leg. 1. Cod. de *Carbon. edict.* 3. column. in princip. facit etiam quod tradit Innocent. & DD. in cap. 2. de *Confirm. util. vel inutil.* Confirmatur etiam ex notabili sententia Ang. in leg. *Si finita post princip.* num. 1. ff. de *Damn. infect.* ubi dicit, quod quando quis est in tenuta & detentatione, vel possessione rei, & petitur ab aliquo adversario revocari, quia fortè est nulla, vel non ritè apprehensa; poterit detentator vel possessor petere quod non revocetur, imò quod confirmetur per iudicem, si alleget vel probet causam per quam de novo esset sibi danda; & iudex tali casu debet eam sibi confirmare: Et istam eandem sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. in leg. *Qui bona fide*, §. fin. num. 4. ff. de *damno infect.* & dicit esse menti tenendum: & hoc pluries praticatur, & tenet Angel. in §. *Quadrupli.* 14. col. num. 46. in med. instit. de *action.* Alexand. qui melius & notabilius quam alius loquitur in puncto, in dict. leg. *Si finita*, 2. column. num. 5. usque in finem, facit etiam doctrina notabilis Bart. & communis in leg. *Si expressis.* ff. de *Appellat.* fin. column. Bart. in leg. *Si ut proponis*, la 1. *Quomodo & quando jud.* & ibi communis opinio: ubi potest iudex superior reformare sententiam nullam.

Et ex superioribus ego reprobo sententiam Glossæ notabilis in leg. *Ab emptione.* ff. de *Pactis in gloss. fin. in medio*, ubi dicit, quod si in contractu venditionis venditor se constituit nomine emptoris possidere, non potest amplius venditor conveniri actione personali ex vendito ut tradat rem; sed debet conveniri rei vindicatione, vel *uti possidetis*, ex eo quod per constitutum emptor est factus dominus & possessor; unde, actio personalis ex vendito non potest sibi com-

petere: & istam communem Glossam sequitur & dicit multum notabilem Bartol. ibi, 2. column. in fin. num. 7. & illam tenet & commendat ibi Jas. 6. column. num. 12. & dicit quod eam tenet etiam ibi Salyc. & Fulgos. & dicit Jas. quod cum illa glossa tenent communiter DD. ibi, & facit glos. in *Authentic. sacramenta puerum*, Cod. *si adversus ven.* glos. penultim. Glos. in leg. *Si cum fundum in glos. penult. ff. de Contrah. emptio* ubi dicitur, quod re semel tradita, amplius non competit actio ex eo contractu contra venditorem, sed per constitutum habetur pro tradita; ergo, &c. Et istam etiam conclusionem per istas GG. tenet & commendat in practica Angel. de Aret. in §. 1. *Institut. de emptio. & vend. fin. column. in fin.* idem Angel. in §. *Actionem*, Instit. de *actio.* 4. column. num. 9. idem tenet & valdè commendat ibi Jas. 20. column. num. 148. Sed certè illa conclusio Glossæ & DD. est falsa: quia cum emptor non sit factus dominus per actum verum & naturalem, sed fictè, benè potest sibi competere actio personalis ex vendito, ut perfectè & naturaliter res sibi tradatur: & hoc apertè & clarè fundatur ex superioribus, & in expresso ita tenet ibi Angel. de Perus. 2. col. in fin. Paul. de Castr. fin. column. in fin. & iste est sensus Bald. 3. column. in med. idem tenet Paul. in leg. *Julianus.* §. *Ex vendito*, in fin. n. 5. ff. de *Action. emptor.* idem etiam tenet notabiliter Cin. in leg. 1. Cod. *Quando liceat ab empt. disced.* fin. column. & *quæst.*

Secundò principaliter quæro, an tali casu, quando res majoratus sunt penes tertium, detur successori majoratus remedium recuperandæ possessionis, scilicet *Unde vi*, cum pœna & effectu ejus? Et breviter dicendum est quod non: nam cum successor iste possideat, nec per alium sit privatus illa legali possessione, non potest competere istud remedium: unde si illud intentaret, succumberet: & in specie ita tenet Bald. in *Authentic. defuncto*, Cod. ad *Tertull.* 2. column. n. 6. tenet Jas. in leg. *Si sorori.* Cod. de *Jure deliber.* 2. column. versic. *Secundo limita & signa.* & tenet Alexand. 1. volum. *Cons. consil.* 37. 2. column. num. 4. Socin. in leg. *Rem qua nobis.* ff. de *Acquirend. posses.* 11. col. versic. *Quartò & ultimo conclude.* Quod tamen intelligo, quando ille tertius, penes quem sunt res majoratus, non intervertisset possessionem successori majoratus: secus tamen esset, si intervertisset possessionem ejus, & taliter resisteret, quod amitteret suam possessionem successor majoratus; quia tunc sibi competeret contra eum interdictum & remedium recuperandæ *Unde vi*, argumento text. in leg. 1. §. *Sive autem corpore.* ff. de *Vi & vi armat.* text. in §. *Dejicitur*, ejusdem

dem leg. text. in leg. *Cum fundum.* ff. de *Acquir. posses.* text. in leg. *Clam possidere.* §. *Qui ad nundinas in fin.* junctâ Glos. & commun. opinione, supra isto titul. (m)

Tertio principaliter quæro, an in casu nostræ legis, quando res majoratus sunt penes alium, detur successori majoratus interdictum & remedium retinendæ possessionis, scilicet *uti possidetis*? Et videtur quod non; quia virtus & substantia hujus interdicti est, ut solum competat possessori contra molestantem & perturbantem eum in sua possessione, ut pronuntietur possessor, & alter desistat à molestia, text. in leg. 1. in princip. ff. *Uti possidetis*, & in leg. *unic. Cod. eod. titul. & in §. Retinenda*, Instit. de *interdictis*, & dixi latè & magistraliter supra, *ista leg. in interdicto, uti possidetis.* Sed in casu nostro ille tertius non molestat nec perturbat successorem majoratus in sua possessione civilissima legali, imò fortè tacet, & facto nec verbo non contradicit nec resilit sua possessioni, nec aliquo modo eum inquietat: Ergo non possit contra eum competere istud remedium seu interdictum possessorium *Uti possidetis*. Præterea dico, quod dato quod huic successori majoratus competat hoc interdictum *Uti possidetis*, nullum videtur sibi afferre effectum: nam dato quod per eum pronuntietur possessor mediante ista lege, & ille tertius detentator condemnatur ut de cætero non molestat nec perturbet eum, non per hoc consequatur restitutionem rerum; quia istud interdictum nullam habet naturam recuperandæ, ut in iuribus supra allegatis: unde

ille tertius detentator poterit dicere, quod ipse nullo modo vult molestare vel inquietare successorem majoratus in sua prædicta possessione, sed quod quietè & pacificè habeat eam, sed quod vult sibi habere & tenere detentationem quam habet omnium rerum, quam nullo modo vult nec tenetur restituere mediante remedio *Uti possidetis* intentato; cum ad hoc non extendit effectum nec virtutem ejus.

Sed his non obstantibus, ego teneo pro veritate, quod in casu nostræ legis competit successor majoratus contra tertium detentatorem rerum interdictum & remedium retinendæ *Uti possidetis*: imò dico, quod istud magis propriè & juridicè competit, & à peritioribus advocatis proponitur in usu & practica: & in expresso, quod istud remedium & interdictum competat in nostro casu, tenet Faber. in §. *Sui Instit. de hered. qua. & dif.* 2. column. post princip. & tenet singul. & subtiliter Anchar. in cap. 2. de *Consuetudin.* 2. col. in princip. (n) Nec obstant superiores meæ rationes: Prima, in qua dicebam quod ille tertius detentator non molestat nec perturbat successorem majoratus in sua civilissima possessione: Quia respondeo, quod imò nimis turbat & molestat, ex eo quod actualiter retinet bona, & non restituit illa successor majoratus, & non sinit uti sui prædictis bonis & sua possessione, argumento text. in leg. *Si duo.* §. *Hoc interdictum sufficit.* ff. *Uti possidetis*, ibi: *Etenim videtur mihi possessionis controversiam facere, quod prohibes me uti mea possessione.* Bonus text. in §. *Si videamus*, versic. *Etenim, ejusdem*

(m) Hoc interdictum recuperandæ, sine distinctione majoratus successor dandum esse testatur Guid. Pap. *quæst.* 552. Boëtius in *Consuetud. Bituricen. titul. de Testam.* §. 6. glos. 1. Dec. cons. 84. column. 1. & 2. Socin. in leg. *Rem qua nobis*, num. 13. fol. 5. ff. de *Acquirend. posses.* Rip. communiter receptum id asserens in lib. 1. *Recept. cap. 4.* num. 84. & sequent. Cassan. cons. 10. dubio. 12. Anton. Crass. *inter consilia Cale. cons.* 65. column. 3. verb. *Competit etiam quintum* Guillel. Bened. in *Repet. cap. Raynut.* verb. *Mortuo itaque testatore* 2. n. 73. Paul. Paris. sibi contrarius cons. 41. num. 13. num. 1. Tiraquel. in *tractat. de Mort.* 4. *declarat.* 6. part. num. 3. & 4. *Affict. decis.* 199. num. 9. Jas. sibi contrarius *consil.* 8. column. 1. lib. 3. & *consil.* 147. column. 1. lib. 4. Bald. sibi parum constans in *Rubr. extra, de caus. posses. & proprietatis column. ultim.* ubi Rip. num. 24. Covarrub. lib. 3. *Resolut. cap. 5.* num. 6. vers. *Sic & interdict. recuper.* Menchac. de *Suc. creat.* §. 21. num. 89. Palac. hic num. 26. Castill. verb. *Tomada la possession*, Xvarez n. in leg. 8. tit. de *las Herencias*, lib. 3. *Fori num.* 15. Molin. lib. 3. cap. 13. num. 6. Mier. in *tract. Major. in initio* 3 part. num. 1. ad fin. ubi plures allegat. Azeved. alios plures referens in leg. 8. tit. 7. lib. 5. n. 25. tam contrariæ quam hujus opinionis Authores.

(n) Tenet etiam Guid. Papæ *decis. Delphinatus* 552. column. 2. Guillel. Bened. in *Repetit. cap. Raynut.* verb. *Mortuo itaque testatore*, el 2. num. 72. de *Test.* Carol. Ruin. cons. 28. in fin. lib. 1. Tiraquel. in *tract. le Mort.* 1. *declar.* 6. part. ubi neminem ex scribentibus dicere asserit: Cassan. in *C. Burgun. rub. 7.* §. 1. num. 7. Boët. in *Consuetud. Bituricens. titul. de Test.* §. 6. gloss. Covarr. lib. 3. *Resol. cap. 5.* num. 6. verb. *Item & hic possessor.* ubi hanc asserit communem: Palac. *Rubr. hic num.* 27. Gregor. in leg. 7. gloss. magna, verb. *Item*, & huic possessori tit. 4. part. 5. Molin. lib. 3. de *Primog. cap. 13.* n. 6. Mier. in *tract. de Major. in initio* 3. part. n. 11. verb. *Competit.*

dem l. text. in §. Si vicinus ejusdem l. text. melior de jure in leg. Vim facit. ff. de Vi & vi armat. cujus verba sunt, vim facit qui non sinit possidentem eo quod possid. bat uti arbitrio suo, sive in serendo, sive in redigendo, sive in arando, aut quid adificando: sive quid omnino faciendo per quod liberam possessionem adversarii non reliquit. Facit etiam doctrina Bartol. & communis in leg. 1. §. Hujus autem interdictum, in princ. eod. titul. ubi dicit, quod istud interdictum Uti possidetis datur contra quemlibet inquietantem, licet non contendat se possidere; ut dixi supra ista leg. tractando proprie de materia hujus interdicti: Ergo merito in nostro casu successorii majoratus dabitur contra illum tertium istud remedium & interdictum Uti possidetis. Non obstat etiam secunda subtilis ratio, in qua dicebam, quod istud interdictum non habet naturam recuperandi, & ideo nullum consequetur effectum talis successor majoratus, nec recuperabit rerum detentationem: Quia notabiliter respondeo, quod hoc casu recuperabit plenum effectum & rerum restitutionem, & sic non solum pronuntiabitur legitimus possessor, sed in consequentiam fiet sibi plena restitutio rerum: & hoc casu predictum interdictum habet mixtam naturam, scilicet retinenda & conservanda possessionis, & insuper restituenda & recuperanda: & ratio est, quia numquam dicitur ille tertius detentator desistere a molestia vel inquietatione, nisi actualiter restituit omnes res quas habet & detinet successorii majoratus, (o) & in hoc consistit tota virtus & intelligentia hujus articuli; & istud est proprium remedium, quod in casu nostrae legis debet intentari; & ita consulo quod fiat.

Pro qua sententia & declaratione allego & considero Glos. notabilem & expressam in leg. Clam possidere. §. Qui ad nudinas in glos. fin. prope fin. ff. de Acquir. posses. ubi dicit, quod civiliter possidenti datur istud interdictum Uti possidetis contra tertium naturaliter tantum possidentem, ut declaretur possessor, & restituatur sibi illa naturalis possessio, sine qua semper diceretur molestari in sua civili: & ibi tenet Bart. fin. column. in med. Alb. fin. column. & tenet & commendat ibi Ang. 2. column. num. 4. & ad hoc illam Gloss. reputat ibi singularem Joan. de Imol. fin. col. in fin. & reputat singularem Roman. 1. column. in fin. tenet etiam & notabiliter ibi declarat Paul. fin. column. n. 7. Cuman. penult. colum. post medium, & tenet ibi Alexand. 7. column. num. 17. qui dicit, hanc esse nota-

(o) Quam rationem tradit Gloss. optima in leg. Male agitur, Cod. de Prescriptione 30. vel 40. annor. quam ibi sequuntur Cin. Bald. Salyc. & communiter DD.

bilem practicam: tenet etiam & commendat Jas. ibi, 15. column. num. 61. similiter Glos. & expressa in leg. Naturaliter. §. Nihil commune in gloss. fin. in fin. ff. de Acquirend. posses. est ibi Bartol. 5. column. Alber. 1. column. Paul. penult. column. Aretin. 7. column. Alexand. 17. column. n. 47. Jas. 18. column. n. 86. Vincent. 27. column. num. 58. Rip. 22. column. num. 135. Similis gloss. est in leg. unic. Cod. Uti possidetis, in verb. Nec vi in med. ibi: Ratione enim civilis qua sibi turbatur habet dominus interdictum uti possidetis, & ibi tenet & reputat mirabile Bartol. 3. column. 4. Bald. ibi, 4. column. num. 11. Angel. fin. column. in fin. Salyc. 4. column. num. 18. Similis gloss. est, licet non soleat allegari, in leg. Si duo. §. fin. in gloss. 1. ibi: Ut illam naturalem dimittat. ff. Uti pos. & ibi eam ad hoc notat & commendat Ang. de Perus. Et istam sententiam & conclusionem tenet & declarat notabiliter Bartol. in leg. 1. §. Interdictum penult. column. in fin. num. 9. ff. Uti possidetis. & ibi Angel. de Perus. in fin. idem Bartol. in leg. Si prius. ff. de Oper. novi nunt. fin. column. & quasi. tenet etiam & valde commendat Antonius de Butr. in cap. Item cum quis de Restitut. spoliat. 2. column. & ibi Imol. 1. column. num. 3. Abb. 2. column. post medium, tenet etiam Cin. in leg. Ordinarii, Cod. de Rei vendit. 2. column. in medio, & ibi Bald. 3. column. Salyc. 2. column. 4. oppos. Paul. de Castr. 2. column. in fin. Jacob. But. in leg. Incerti juris, Cod. de Interdictis 3. column. & ibi Bald. 4. column. Salyc. 5. column. & est vera & communis opinio in predictis locis.

Secundo pro hac sententia & conclusione allego & considero etiam Glos. valde notabilem in leg. Male agitur, Cod. de Prescript. 30. vel 40. annor. in gloss. ibi: Sed uti possidetis interdictum, &c. ubi expressè determinat, quod si colonus, vel inquilinus, commodatarius, vel depositarius, emphyteuta, vel ille, qui habuit rem precario, finita condutione, emphyteusi, vel revocato precario, non restituat detentationem rei, vel possessionem naturalem quam ille haberet, potest per dominum conveniri interdicto Uti possidetis, ut non turbetur dominus in sua civili possessione, vel in utraque; & in consequentiam, quod restituatur sibi naturalis possessio, vel sola detentatio, quae esset penes conventum: & ibi tenet & sequitur Cin. in fin. Bald. Salyc. & communiter DD. & in specie istam conclusionem tenet & sic declarat Bartol. licet illam Glos. non alleget, in leg. 1. §. fin. fin. column. 17. ff. Uti possidetis. Tertio facit illa Glos.

notabilis in leg. Ab emptione. ff. de Pactus in glos. fin. in medio, ubi dicit, quod si in contractu venditionis, vel alio habili ad translationem domini, venditor se constituat nomine emptoris possidere, & non tradat rem; potest emptor agere contra eum interdicto Uti possidetis: & in hoc communiter approbatur, licet in alio non sit vera, in quantum tenet quod non competeret actio personalis ex vendito, ut supra dixi: & licet Glossa in illo casu declaret virtutem vel effectum hujus interdicti, dico, quod virtus & effectus hujus remedii erit, quod emptor dicit se possessorem virtute clausulae constituti, vel virtute alterius actus ficti, & petit non molestari per venditorem, & in consequentiam, quod restituatur sibi res vendita: in terminis ita declarat ibi Paul. de Castr. penult. column. in princip. num. 17. Quarto facit text. in leg. 1. & in leg. de Pupillo. §. Nunciacionem & in leg. Prator ait, & quasi per totum. ff. de Operis novi nunt. ubi habetur, quod si post denunciationem sibi factam quis aedificat, cogitur demoliri mediante interdicto Uti possidetis, cui per hoc conservatur ejus possessio: de quo vide in propria materia quam per me habes examinatam.

Ex quibus remanet iudicio meo iste passus & articulus bene & utiliter expeditus, quod successor majoratus in casu hujus legis poterit agere contra tertium, penes quem sunt res majoratus, interdicto & remedio Uti possidetis, concludendo in libello & petitione sua isto modo: Quod ipse est verus & legitimus successor majoratus; & quod mediante nostra lege & ejus dispositione fuit in eum translata utraque possessio; & quod injustè predictae res detinentur ab adversario; & quod petit eum pronuntiaritalem successorem & possessorem; & quod adversarius condemnatur, ut eum non molestat, perturbet, vel inquietet in sua possessione, & in consequentiam actualiter restituat sibi predictas res & earum detentationem, quia sine dicta restitutione non dicitur cessare a predicta molestia; & quod condemnatur in fructibus & interesse molestationis praeterite a tempore quo detinet predictas res: Et istud est proprium & iudicium remedium quod debet intentari in casu hujus legis, & ita a peritioribus practicitur.

Et si queras & dubites: Quod remedium est utilius, & in quo consistat utilitas & effectus; cum utrumque remedium, scilicet, adipiscenda, similiter & retinenda possit competere successorii majoratus, & per utrumque consequatur ipsas res majoratus & earum detentationem, ut supra dixi & probavi? Dico, quod istud remedium retinenda Uti possidetis, erit longe utilius, imò, quandoque necessarium: quia remedium

sive interdictum adipiscenda, scilicet quorum bonorum, & simile, ut remedium leg. fin. C. de Edict. div. Adrian. coll. & petitio haereditatis non poterit competere contra tertium detinentem res majoratus cum titulo; quia illa remedia non dantur contra titulo possidentem: text. est in leg. 1. ff. Quorum bonorum, ibi: Quod ex his bonis pro herede aut pro possessore possides, &c. & ibi notat Bartol. & ibi Franc. de Rip. 1. column. 2. & per illum text. tenet etiam Bartol. in leg. 1. Cod. Quorum bonorum, fin. column. in finalib. verb. ad idem est text. in leg. 2. Cod. cod. titul. per quem ita tenet ibi Angel. Salycet. & communiter DD. & Bald. in Rubr. Cod. eodem titul. text. in leg. Regulariter. ff. de Petit. hered. text. in leg. Pro herede, cum §. fin. eodem titul. text. in leg. 2. & in leg. Haereditatis, Cod. de Petit. hered. & utrobique communis opinio. Nec obstat si dicas, quod titulus habitus in re majoratus esset nullus, cum sit res prohibita alienari; & petitio haereditatis, & per consequens praedicta remedia adipiscenda bene dantur contra possidentem titulo, quando habetur pro non titulo, ut in leg. Nec ullam. §. Omnibus. ff. de Petit. hered. Quia respondeo, quod tempore tituli habiti constabat esse res majoratus. Tamen remedium sive interdictum Uti possidetis competit successorii majoratus, etiam contra tertium detentatorem qui haberet & detineret rem cum titulo; quia istud remedium Uti possidetis datur contra quemlibet detinentem rem, etiam cum titulo; imò etiam contra verum dominum ejus: unde si possessor turbatur a domino verbo vel facto; vel possessor habet tantum civilem possessionem, dominus vero naturalem, clandestinam, vel vitiosam; vel possessor habet utramque possessionem, dominus vero solam detentationem; talis possessor potest agere hoc interdicto Uti possidetis, etiam contra dominum, ut non molestetur, & per consequens fiat sibi restitutio naturalis possessionis vel detentationis, & dominus non potest opponere exceptionem tituli vel domini: ista est Glos. singularis & unica in leg. Si de eo, §. fin. ff. de Acquirend. posses. in gloss. fin. quae expressè vult, quod interdictum Uti possidetis datur & competit contra dominum molestantem & inquietantem; & agenti interdicto Uti possidetis non obstat exceptio domini, etiamsi in continenti probetur: & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. 2. column. num. 2. & dicit singularem & unicam Joan. de Imol. ibi, 1. column. & ante eum ibi Rainer. in fin. tenet etiam & declarat ibi Cuman. 2. column. Aretin. 2. column. in med. sequitur etiam & reputat singularem Alexand. ibid. fin. column. num. 4. & per illam Gloss. ita tenet Bartol. in leg. Naturaliter.